



Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCLXXXVIII. Continuatio ejusdem Argumenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

MEDITATIO CCLXXXVI

Continuatio ejusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. Exempto ex animis Apostolorum autem metu aduersorum & persecutionum, propter coram stum ferendarum, excitat illos ad Fiduciam in debet trem suum, & ad seipsum, dicens Matth. 10. v. vos, Nonne duo passerem asse vaneunt, & unus ex illis non mur super terram sine Patre vestro? vestri autem capilli Tit. pitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis negari seribus meliores estis vos. Ex comparata vilitate patrum negotiorum cum Excellentia & Amabilitate Filij DEI, & nos consequenter ex comparata Providentia Patris Cale dem erga unum passerem, & erga Filium DEI adoptivum, lios per Gratiam ostendit Christus, quantâ Fiducia ei DEI Divinam Providentiam ferri debeamus, ut potest in externo effectu sine comparatione major clara ad gloriam erga nos, quam erga passerem, erga quem tam Patrem nunquam decepit. Unde quaelibet adversa, non mutationem quam ex malevolentia hominum illata, sed tantum & ex Divina Providentia in nostram specialem utilitatem & secundum procurata, vel permissa suscipienda sunt; & secundum non tantum in rebus majoris momenti, sed etiam nobis in levissimis, vel minimis, ita ut neque unius capilli vita demini aut infringi nobis possit, nisi consentiente transmantissimi Patris Providentiâ. Scimus autem, quoniam Pacem diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, iij. secundum propositum vocati sunt Sancti. Rom. 8. v. 28.

PUNCT. II. Paternæ Providentiæ jam per ipsas tur,

ipsam promptæ ac paratæ addit, & appromittit Christus suam apud Patrem efficacissimam intercessionem pro omnibus, qui ejus Doctrinam, & professionem Doctrinæ verbis, facto ipso, & imitatione non erubuerint: *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & Ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & Ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est.* Confessio hæc à nobis debet fieri Corde, Ore, & Opere, ut omni modo Servos, Discipulos, & Filios familias Christi nos profiteamur; ne de nobis quoque dici possit illud S. Paul. ad Tit. c. I. v. 18. *Confidentur se nō sse DEVUM, factis autem negant.* An non his sæpius Christum, quam S. Petrus, & nos confitebitur ut Servos suos in ordine ad Mercede Cælestem; ut Discipulos suos in ordine ad Præmium; ut Filios suos in ordine ad Hæreditatem, ut simus Hæredes uiciae DEI, Cohæredes autem Christi.

PUNCT. III. Præter Confidentiam ad DEVUM & Christum in adversis, fundatam in Providentia Patris, & Filij apud Patrem intercessione ac attestacione de nobis, exigit Christus etiam Resignationem & Conformationem nostræ voluntatis cum prudenti & suavi Dispositione Christi in sustinendis varijs persecutionibus & adversis, quæ etiam à conjunctissimis nobis inferri possunt; vel in pace, ac prosperitate vitæ temporalis undecunque turbanda. *Nolite arbitriari, quia Pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium (id est bellum continuum)* Matth. v. 34. ut sic occasione continua Victoriae nostræ ipsorum, præsertim Voluntatis nostræ, reportemus Coronam: *Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi legiūm certaverit.* 2. Tim. 2. v. 5. MEDI-